

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Inimicitia a
cum fonte primo

Ea elemosyna nichil est maius qua ex corde dimittimus quod in nos quisque peccauit. Minus ergo bonum est erga eum esse beniuolum siue etiam beneficum qui tibi nichil mali fecit. Illud multo grandius et manifestissime bonitatis est ut tuum quoque inimicum diligas, et qui tibi malum uult et si potest facit, tu semper bonum uelis faciasque quod possis.

Augustinus in encheridion.

Sed

ea nihil est maius qua ex corde dimittimus quod in nos quisque peccauit. Minus enim magnum est erga eum esse benignum siue etiam beneficum, qui tibi nihil mali fecerit. Illud multo grandius, et magnaficentissimae bonitatis est, ut tuum quoque inimicum diligas, et ei qui tibi malum uult et si potest facit, tu semper bonum uelis faciasque quod possis,

audiens dicentem Iesum: *Diligite inimicos uestros, bene facite eis qui uos oderunt, et orate pro eis qui uos persequuntur.*

Augustinus Hipponensis, *Enchiridion ad Laurentium de fide et spe et caritate*, 19, 73 (CCSL 46, M. Evans ed., pp.88-9, ll.41-48).